

ein Dritttheil unterirdisch, und breitete sich oben auf 22 Cm. aus. Ober- und Unterseite der Hüte, Farbe, Fleischbeschaffenheit, kurz alles bis auf die Form war normal.

Plantas in itinere africano

ab J. M. Hildebrandt collectas determinare pergit W. Vatke.

V. Compositae Vaill.

1013. *Ethulia conyzoides* L. var. *angustifolia* (Bojer.). In planitiebus secus ripas fluminis Kingani in Sansibariae ore aug. 1873.

Suffrutex altit. 1 m. fide H., sed annua, ut jam D.C. indicavit, colitur in horto berol., ubi olim a cl. Regel *E. corymbosae* nomen, a cl. Steetz in Peters Mosamb. Bot. p. 322 commemoratum accepit.

403. *Vernonia cinerea* (L.) Less. Abyssinia: Habab ad alt: 3000' junio 1872.

1016. eadem. In Sansibariae campis cultis et pratis siccis herbaceis jul. 1873; fl. lilacini.

412. *V. cyanopidea* Hochst. in Schweinf. Beitr. p. 161. (*V. Aschersonii* C. H. Schultz. bip. ibidem). Abyssinia: Habab inter saxa granitica et lapides schistosos sept. 1872. Nomen prius, l. c. rite editum, rejectum est ob. *V. cyanopoidem* Walp., quae vero ex Benth. Fl. austr. III. p. 459 eadem quae *V. cinerea* (L.) Less. Itaque nunc nomen hochstetterianum restituendum esse censeo.

768. *V. spathulata* (Forsk.) C. H. Schultz. bip. in Schweinf. Beitr. p. 162. (*V. atriplicifolia* Jaub. et Spach.) Aden ad montes jun. 1872 maxima ex parte jam deflorata; frutex 1 m. altus.

843. eadem. In Somalensium montibus Ahl alt. 1000 m. vulgaris mart. 1873.

1020. *V. (Lepidaploa) Hildebrandtii* Vatke. caule fruticoso tereti striato hispidulo, foliis petiolatis subovato-lanceolatis crenatis obtusis, basi utrinque auriculatis supra parce, subtus dense hispidulis, corymbo polycephalo, capitulis sub 10-floris, involuci squamis sub 3-serialibus ovato-lanceolatis obtusis - pilosulis, achaeniis sub 5-costatis, secus costas puberulis, pappi albi serie exteriore minuta setiformi, interiore 1-seriali multiseta 5.

Insula Sansibar nov. 1873. Frutex densus (H.) 2 m. altus ex affinitate *V. capensis* (Spr. f) Vatke ined. (*V. mespilifoliae* Less.); petioli c. 1 cm. longi; lamina c. 4 cm. lg., ad 2 cm. lata, subtus reticulato-venosa; achaenia nunc manifeste costata et ad costas puberula, nunc costis oblitterantibus ubique pilis tecta. Species distinctissima peregrinatoris nostri indefessi nomen servet.

1019. *V. zanzibarensis* Less.! In Sansibariae locis siccis jun. 1873.

405. *V. pauciflora* (Willd.) Less. Abyssinia: Habab alt. 3—6000' sept. 1872 forma exilis.

413. *V. polymorpha* Vatke. γ *accedens* Vatke pl. Schimper. Abyssinia: Habab Nakfa alt. 5000' aug. 1872; frutex usque ad 2 m. altus; fl. violacei.

1014. *V. (Lepidella) poskeana* Vatke et Hildebrandt. caule erecto herbaceo divaricato-ramosissimo striato puberulo, foliis linearis-oblongis obtusis utrinque supra dense puberulis, subtus punctulatis, margine recurvulis subintegerrimis, corymbis polycephalidis, involuci squamis pilosis, exterioribus ovato-lanceolatis, interioribus lanceolato-linearibus acutis mucronatis apice medio coloratis flores subaequantibus, achaenii 5-striatis pubescentibus, pappo albido, exteriore 10-paleaceo, interiore sub 15-seto caducissimo. ♂.

Sansibar in pratis siccis herbaceis jun. 1873; herba altit. 1. m., folia ad 5 cm. longa, ad 2 cm. lata; pappus exterior persistere videtur.

Speciem insignem dicavimus Friederico Poske viro ingenioso, studiorum olim socio amicissimo.

1011. *Ageratum conyzoides* L. In pratis herbaceis et campis cultis Sansibariae jun. ad nov. 1873.

1017. *Mikania chenopodiifolia* Willd. (*M. mossambiquensis* Steetz in Peters Mosamb.) In silvis secus ripas fluminis Kingani in Sansibariae ore suffrutex volubilis aug. 1873.

407. *Dichrocephala chrysanthemifolia* (Bl.) DC. var. *abyssinica* (C. H. Schultz bip.) Aschs. in Schweinf. Beitr. Abyssinia: Habab alt. 6—7000' aug. 1872.

399. *Felicia abyssinica* C. H. Schultz. bip., A. Rich. tent. Abyssinia: Habab Nakfa, Rora, aug. 1872; fl. radii violacei.

411. *Conyza macrorhiza* C. H. Schultz bip., A. Rich. tent. Abyssinia: Habab in planitiebus siccis aug. ad sept. 1872.

409. *Psiadia arabica* Jaub. et Spach. (? *P. resiniflua* C. H. Schultz in Schweinf. Beitr. nomen.) Abyssinia: Habab in solo granit. alt. 6000' jul. ad aug. 1872; frutex 2 m. altus.

6976. eadem etiam ex Abyssinia. Eandem ibidem prope Keren. c. 4500 p. jul. 1870. coll. Beccari! (n. 214).

672. *Tarchonanthus camphoratus* L. (? *T. abyssinicus* C. H. Sch. b. in Schweinf. Beitr. nomen). Abyssinia: Habab: Nakfa aug. 1872; arbor 4 m. alta ramis laxis; forma latifolia.

883. idem. E. *Somalensium* montibus Ahi ad Yafir alt. 2000 m. mart. 1873; frutex 3 m. altus.

A stirpe capensi admodum variabili vulgo in hortis bot. culta nostram equidem distinguere nequeo.

1012. *Blumea lacera* (Burm.) DC. Koktoni Sansibariae in declivibus collium calcareorum e corallis ortorum oct. nov. 1873; suffrutex (H.) potius herba 0.5 m. alta.

4036. *B. Bovei* (DC.) Vatke ined. (*Conyza* B. DC., *B. abyssinica* C. H. Sch. bip., A. Rich. tent.) Abyssinia: Habab ad alt. 3000' jun. 1872.

1022. *Laggera sordida* Vatke. fruticosa ramosissima, ramis fuscis elevato-striatis superne pilosis, foliis obovato-oblongis obtusis in petiolum angustatis integerrimis, capitulis numerosis parvis breviter pedunculatis in paniculas confertas ramulos terminantes dispositis, involueri squamis imbricatis, exterioribus ovato-lanceolatis, interioribus linearibus acutis pilosulis, floribus ♀ pluriserialibus, corolla tubulosa filiformi apice 2 dentata stigmatibus exsertis, in floribus ♂ paucis ♀ superantibus stylo profunde 2-lobo, pappi 1-plicis setis scabris, achaenii adpresso setosis. 5.

In Insulae Sansibar locis lapidosis ab aestu maris interdum humefactis oct. 1873.

Frutex altit. 1 m. aequat; folia petiolo incl. ad 2 cm. longa, ad 0·5 cm. lata; antherae basi sagittatae more generis.

404. *Laggera aurita* (L.) C. H. Schultz bip. Abyssinia: Habab ad altit. 3000' jun. 1872.

406. eadem ibidem lecta forma lignosa.

410. *Pluchea Dioscoridis* (L.) DC. Abyssinia: Habab alt. 3—7000' aug. 1872; frutex 2 m. altus. Eandem prope Keren (Bogos) maio 1870 coll. Beccari! (n. 67).

765. *P. indica* (L.) Less. var. Schech Othman prope Aden in littore arenoso jun. 1872. Habitus plantae summitatibus decerpitis paululum mutatus, sed procul dubio hoc refero.

1018. *P. Kraussii* C. H. Schultz bip. in Walp. rep. II. p. 972 (sub *Conyzza*), Steetz in Peters Mosamb. var. foliis integerrimis. Insula Sansibar in locis paludosis prope mare jun. ad nov. 1873; frutex 2 m. altus; flores lilacini.

Speciei hujusce praesto mihi sunt solummodo exempl. orig. variatum duarum a cl. Steetz in Peters Mosamb. Bot. p. 442 descriptarum, quarum cum nulla convenit, sed species sane eadem.

842 a. *P. (Oligocephalum) heterophylla* Vatke. basi frutescens superne ramosa, foliis obovato-oblongis, in petiolum angustatis, nunc integerimis obtusiusculis, nunc profunde inciso-dentatis, lobis apiceque acutis, utrinque lepidoto-punctatis, capitulis paucis pedunculatis subcorymbosis, involueri squamis pluriserialibus angustis apice recurvis. 5.

In calcareis montium Ahl d. alt. 1—2000 m. mart. 1873 copiose, sed maxima ex parte nondum florens.

Fruticulus humilis parum ramosus c. 2 dm. altus superne cum involueri squamis glandulis stipitatis obtectus ceterum glaber ramulis tenuibus foliosis; folia carnosula? ad 4 cm. longa, ad 0·5 cm. lata; pedunculi bracteati; involucrum hemisphaericum diam. superne c. 2 cm., squamis exterioribus gradatim brevioribus obtusiusculis, intimis acutis, receptaculo breviter foveolato; flores ♀ multiseriali numerosi corolla tubulosa filiformi apice 2-dentata, stigmatibus exsertis, flores ♂ in medio capitulo numerosi ♀ superantes corolla anguste tubulosa apice breviter 5 fida, stylo indiviso summo apice levissime 2-lobo; antherae basi breviter caudato-acuminatae; achaenia adpresso setosa; pappi simplicis setae seaberulac.

P. pinnatifidae Hook. f. in Hook. ic. pl. t. 1156 ex eadem re-gione proxima, sed abunde distincta.

1021. *Sphaeranthus microcephalus* Willd. In Sansibariae locis paludososis oct. 1873.

14. *Filago pyramidata* L. sive C. H. Schultz bip.! (*F. spathulata* Presl.). In deserto Ramle prope Alexandriam mart. 1872.

13. *Ifloga spicata* (Forsk.) C. H. Schultz bip. Ibidem eodem tempore.

420. *Achyrocline luzuloides* (C. H. Schultz bip.) Vatke ined. (*Gnaphalium* L. Sch. bip. in Schweinf. Beitr. p. 149). Abyssinia: Habab alt. 5—7000' in solo granitico jul. ad sept. 1872; fruticulus alt. 0·5 m. Eandem prope Keren repperit Beccari! jul. 1870 (n. 211).

841 b. *Inula somalensis* Vatke, caule fruticoso erecto ramoso, ramis lignosis angulatis superne pubescentibus, foliis alternis obovato-oblongis, basi dilatata subauriculata subsemamplexicaulibus antice denticulatis, dentibus apiceque in mucronem productis subtus punctatis, margine costaque infera longe pubescenti-villosis, capitulis breviter pedunculatis solitariis radiantibus, involucri squamis obovato-lanceolatis laxe imbricatis mucronatis subaequifloris accessoriis paucis, achaeniis teretibus a basi ad apicem adpresso setosis. 5.

In solo calcareo montium Ahl d. mart. 1873 sp. unicum. Fruticulus alt. 2 dm. habitu Pulicariae; folia ad 5 cm. longa, ad 1 cm. lata; receptaculum areolatum; pappi setae 15 barbellatae.

767. *Iphiona scabra* D. C. Aden ad montes jun. 1872 frutex 1 m. altus ramificatione densa.

67. *Pulicaria undulata* (L.) DC. Inter Trifolia culta prope Suez apr. 1872.

405 b. ejusdem var. Abyssinia: Habab: Keren aug. 1872.

128 ejusdem var. (*P. orientalis* Jaub. et Spach.) Gedda apr. 1872.

842. *P. (Decachaeta) Hildebrandtii* Vatke. suffruticosa in partibus herbaceis pubescenti-pilosa, foliis late obovatis obtusis, basi dilatata amplexicaulibus ultra medium ab apice grosse inaequaliter inciso-dentatis, dentibus apiceque mucronatis, pedunculis terminalibus 1-cephalis brevibus subnudis, capitulis subhemisphaericis radiatis, involucri squamis exterioribus lanceolatis herbaceis, interioribus linearilanceolatis scariosis laxe imbricatis, receptaculo alveolato, achaeniis teretibus 10-costatis bis articulatis. 5.

In planicie littorali et promontoriis montium Ahl ad 1000 m. mart. 1873; nomen vernac. Farre odd. ut n. 841 (probabil. *Inula somalensis*) et complures Compositae, ut Somalenses saepius stirpes similes nomine generali salutant.

Suffrutex 0·5 m. altus, habitu *P. grandidentatae* Jaub. et Spach sinillimus, sed involucrum non convenit. Folia odoratissima ad 6 cm. longa, ad 3 cm. lata; achaenia forte monstruosa? pappi exterioris dentes breves parum laceri, interioris setae ad 20 barbellatae, quo quidem numero cum definitione subgeneris a cl. Spach data non congruit, sed reliqua omnia convenient.

766. *P. glutinosa* Jaub. et Spach. Aden ad montes jun. 1872.

841=841 a. *P. (Platychaeta) kurtziana* Vatke. suffruticosa in partibus herbaceis dense glandulifera et parce pilosa, foliis oblongo-linearibus apicem versus grosse pinnatifido-dentatis carnosulis? callosomucronulatis, pedunculis 1 - cephalis, capitulis multifloris radiatis, anthodii polyphylli late campanulati squamis ovato-sublanceolatis inaequilongis, exterioribus gradatim minoribus iisque apice fuscis acutiusculis glabriusculis carinatis, floribus radialibus disco vix triente longioribus, ligula obovato-oblonga 3-dentata, achaeniis oblongis 8-costulatis glabris, pappi externi campanulati leviter inciso-denticulati lobis acutiusculis, interiore corollae florum ♀ subaequilongo. 5.

In calcareis montium Ahl ad alt. 1000 m. mart. 1873.

Fruticulus 0.5 m. altus praecedenti et *P. Grantii* Oliv. et Hiern. affinis; folia ad 4 cm. longa, ad 1.5 mm. lata; radius luteus; pappi setae 8 spatulatae latiusculae margine serrulatae, apice plumosobarbellatae; setarum numerus in hac quoque non congruit cum subgeneris definitione a cl. Spach in III. pl. or. 346 data, sed reliqua omnia convenient; stigmata exserta recta linearis-filiformia generis more papillosa; antherae lineares appendicibus elongatis laceris, omnino ut in praecedente a cl. Jaubert et Spach sunt depictae.

Species dicata Friederico Kurtz excursionis hildebrandtianae fautori mihiique amicissimo.

68. *P. (Francoeuria) crispa* (Forsk.) Benth. et Hookf. Suez inter Trifolia culta apr. 1872. Adn. auctores quidam, si genus reduxere viri ell. Bentham et Hooker filius, etiam omnibus speciebus in novo genere hos adscribunt auctores, euidem tantum, si quo modo speciem commemorant, hos cito.

127 eadem. Geddhah apr. 1872.

402 eadem. Abyssinia: in planicie Habab prope Keren jul. ad sept. 1872. Ibidem in valle Insaba, prope Keren coll. Beccari! maio 1870 (n. 59).

Obs. *P. petiolaris* Jaub. et Spach. est *P. chrysopsidoides* C. H. Schultz bip., de qua confer Schweinf. Beitr. p. 153.

419. *Geigeria acaulis* (C. H. Schultz bip.) Benth. et Hookf. (*Diplostemma* a Schultz). Abyssinia: Habab 5—6000' in planitiebus lapidosis tempore pluvioso aug. 1872. Novus florae abyssinicae civis.

65. *Odontospermum graveolens* (Forsk.) C. H. Schultz. bip. (*Ceruana pratensis* Aschs.! in Hildebr. pl. exs. non Forsk.). Suez inter Trifolia culta apr. 1872.

414. *Sclerocarpus africanus* Jacq. Abyssinia: Habab prope Keren tempore pluvioso sept. 1872 sub fruticetis.

418. *Wedelia abyssinica* Vatke. (*Wirtgenia frutescens* C. H. Schultz bip. in Schweinf. Beitr. p. 287 nomen nudum).

Frutescens caule erecto superne ramoso tereti strigoso, foliis breviter petiolatis ovato- vel oblongo-lanceolatis acutis repando-serratis supra scabris vel utrinque hirtis 3-nerviis, capitulis longe pedicellatis, ad apices ramorum 1—3, involuci squamis ovato-lanceolatis obtusiusculis strigoso-hirtis subbiseriatus, flosculis luteis, re-

ceptaculi paleis oblongo-linearibus mucronato-acutis, achaeniis obovoido-oblongis subcompressis strigoso-hirtis apice abrupte in collum breve desinentibus, pappo exteriore ex aristis 2 longioribus, interiore e squamellis pluribus composito. 5.

Abyssinia: Habab, Rora asgede rara aug. 1872.

Frutex 1 m. altus; rami ad 4 dm. longi; folia 4—8 cm. longa, 1—2 cm. lata; flores radii aurantiaci femininei, quare *Wedeliae* nec *Aspiliae* species.

1015. *Aspilia Kotschyi* (C. H. Schultz bip.) Benth. et Hookf. (*Wirtgenia Kotschyi* Schultz). Insula Sansibar in locis uidis rara oct. 1873. annua (videtur H.) procul dubio.

117. *Coreopsis prestinaria* C. H. Schultz bip., (*Verbesina veris* A. Rich. tent.). Abyssinia: Habab tempore pluvioso sept. 1872.

1023. *Bidens pilosus* L. In Sansibariae loco sterili oct. nov. 1873.

415. *B. abyssinicus* C. H. Schultz bip., A. Rich. tent. β *gla-bratus* Vatke pl. Schimper. Abyssinia: Habab alt. 5000' tempore pluvioso sept. 1872.

Fere idem, qui in Schimp. pl. abyss. sect. III. n. 1427 editus, sect. I. n. 337 est forma typica.

Stirps quibus differat characteribus certis a *B. bipinnato* L. nondum intellexi.

416. *Chrysanthellum indicum* DC. Abyssinia: Habab alt. 5000' in solo granitico tempore pluvioso sept. 1872.

15. *Anthemis retusa* Del. In deserto Ramle prope Alexandriam mart. 1872.

64. eadem. Inter Trifolia culta prope Suez apr. 1872.

66. *Cotula cinerea* Del. cum praecedente.

1027. *Gynura microcephala* Vatke. Caule herbaceo erecto tereti parce puberulo striato, foliis late lanceolatis in petiolum angustatis a medio ad apicem inaequaliter repando-dentatis acutiusculis, corymbo densiuscule oligocephalo, pedicellis brevibus erectis demum cernuis, involucro sub 16-phyllo anguste campanulato flosculis subbreviore, bracteolis subulatis sub 5plo longiore, achaeniis teretibus striatis ad costas puberulis. ○.

In Sansibariae locis cultis oct. ad nov. 1873.

Herba altit. 0·5 m.; folia ad 1 dm. longa, ad 4 cm. lata; involucrum 1 cm. longum, apice c. 0·5 cm. latum; flores lilacini; species *G. crepidioidi* Benth. proxima capitulis parvis confertis habitu *Erechtitis insignis*.

408. *Cineraria Schimperi* C. H. Schultz bip. (*Senecio lyratipartitus* ej., A. Rich. tent.). Abyssinia: Habab: Rora asgede 6—8000' aug. 1872 frutex 3 m. altus.

1024. *Emilia sagittata* (Vahl.) DC. (*E. humifusa* (Boj.) DC. e diagn.). In Sansibariae locis cultis siccis jun. ad nov. 1873.

424. *Notonia sempervivina* (Forsk.) Aschis. Abyssinia: Habab 3—6000' in montium tractibus sterilibus jul. ad sept. 1871.

844. eadem. Yafir in Somalensium montibus Ahl ad alt. 2000 m. in rupium calcarearum fissuris.

Huic, cui *N. abyssinica* A. Rich. certissime congener, perperam corollae flavae tribuuntur vel a viris Bentham et Hooker fil. gen. pl. II. 1, p. 446; sunt enim revera lilacinae.

18. *Senecio leucanthemifolius* Poir., Boiss.! Fl. or. III. ined., ex quo *S. vernalis* W. et K. var. (*S. coronopifolius* Aschs.! in Hildebr. pl. exs. non Desf.). In deserto Ramle mart. 1872.

63. *S. coronopifolius* Desf. Suez inter Trifolia culta apr. 1872.

460. *S. abyssinicus* C. H. Schultz bip., A. Rich. tent. (incl. *S. bellidifolium* ej.). Abyssinia 1872.

401. *S. petitianus* A. Rich. e deser. Abyssinia: Habab ad 6000' aug. 1872; frutex altit. 4 m.

S. tuberosus C. H. Schultz bip., A. Rich. tent. adest in coll. beccariana e Keren jul. 1870 lectus sub n. 189.

16. *Calendula arvensis* L. Ramle mart. 1872.

60. *Volutarella Lippii* (L.) Cass. Inter Trifolia culta prope Suez apr. 1872.

61. *Centaurea aegyptiaca* L. cum praecedente.

20. *C. glomerata* Vahl. Ramle mart. 1872.

21. *C. dimorpha* Viv. (*C. eriocephala* Boiss.) var. cum praecedente. Materiam possidemus ditem speciei hujuscem Alexandriæ martio 1824 ab Ehrenbergio lectam, quacum convenit florum structura, sed folia aliam præ se ferunt faciem; in nostra laciniae laterales abbreviatae ut terminalis minuta non distinctæ, sed altera ad alteram utrinque late decurrit, at nostram quoque hue spectare nullus dubito.

423. *Dicoma tomentosum* Cass. Abyssinia: Habab: Bogos in planitiibus sterilibus tempore pluvioso sept. 1872.

62. *Cichorium divaricatum* Schousb. Suez inter Trifolia culta apr. 1872.

19. *Hyoseris lucida* L. Ramle mart. 1872.

17. *Rhagadiolus hedypnoides* All. (*Hedypnois globulifera* Lam.) cum praecedente.

426. *Lactuca petitiana* A. Rich. Abyssinia: Habab alt. 4—6000' sept. 1872.

Hujus syn. est *Microrhynchus octophyllus* Hochst. a Schweinf. Beitr. p. 160 lapsu ad sequentem ductum.

132. *L. goreensis* (Lam.) C. H. Schultz bip. Geddah apr. 1872.

1025. eadem. Insula Sansibar ad rudera in oppido nov. 1873 ab Europaeis interdum ut *L. sativa* L. comeditur; planta biennis.

844 a. *Heterachaena massariensis* Fresen. E. Somalensium montibus Ahl ad altit. 1000 m. solitaria in locis umbrosis mart. 1873.

69. *Reichardia tingitana* (L.) Rth. Suez inter Trifolia apr. 1872.

425. eadem. Abyssinia: Habab 3—5000' tempore pluvioso aug. sept. 1872.

1026. *Sonchus Bipontini* Aschs. in Schweinf. Beitr. p. 286. (*S. lactucoides* C. H. Schultz bip., A. Rich. tent. non Bunge). Insula Sansibar in pratis siccis herbaceis sept. 1873; radix stolonifera.

1026. *Microrhynchus nudicaulis* (L.) Less. (*Rhabdotheca chondrilloides* Aschs.! in Hildebr. pl. exs. non Schultz bip.). Inter Trifolia prope Suez apr. 1872.

1028. *M. sarmentosus* (Willd.) DC. In Sansibariae littore arenoso nov. 1873; rami prostrati.

131. *M. glomeratus* (Sieb.) Benth. et Hook. f. (*Lomatolepis* g. Cass.) Gedda apr. 1872.

764. idem. Hodeida in locis humidis jun. 1872.

129—130. *M. chondrilloides* (Desf.) Benth. et Hook. f. Gedda apr. 1872.

(Continuabitur.)

Aufzählung der in der Umgebung von Pola wachsenden Pflanzen.

Von Prof. Leo Neugebauer.

(Schluss.)

Salicornia herbacea L. V. Fisella; selten. 637.

— *fruticosa* L. Felsiger Seestrand (V. Vergarola, V. Ovina). 642.

Polycnemum arvense L. Brachfelder (am M. Rizzi, Stoja Musil). 698.

Chenopodium urbicum L. Strassenränder (Strasse nach Policarpo und Veruda). 660.

— *murale* L. Schutt (M. Zaro), eine Halophytenform am Strandte (V. d. Fora). 284.

— *album* L. Schutt. 405.

— *polyspermum* L. Trockene Stellen des Pra grande; sehr selten. 516.

Beta vulgaris L. Strassenränder. 641.

— *maritima* L. Schutt (hinterm Spital), F. Marina. 224, 462.

Camphorosma monspeliacaca L. Humusboden nahe der Küste (V. Fisella, Stoja Musil). 590.

Halimus portulacoides Wallr. Sumpfige Buchten (V. Fisella). 639.

Atriplex hortensis L. Kulturboden (Pra grande, M. Signole). 708.

— *latifolia* Wahlb. Raine. 703.

— *rosea* L. Seestrand, in unendlich vielen Formen. 702, 659.

Rumex conglomeratus Murr. Kaiserwald. 337, 440.

— *pulcher* L. Raine. 315.

— *crispus* L. Stoja Musil. 391.

— *Acetosella* L. Raine (M. Rizzi). 389.

Polygonum Persicaria L. Gräben (Pra grande, Stoja Musil). 716, 431.

— *aviculare* L. Wege, Steinbrüche. 418, 520.

— *dumetorum* L. Hecken, Aecker. 586.

— *Fagopyrum* L. Kulturboden (am M. Signole, Anlagen vor der Schwimmschule). 567.

ZOBODAT - www.zobodat.at

Zoologisch-Botanische Datenbank/Zoological-Botanical Database

Digitale Literatur/Digital Literature

Zeitschrift/Journal: [Österreichische Botanische Zeitschrift = Plant Systematics and Evolution](#)

Jahr/Year: 1875

Band/Volume: [025](#)

Autor(en)/Author(s): Vatke Georg Carl Wilhelm

Artikel/Article: [Plantas in itinere africano ab J. M. Hildebrandt collectas determinare pergit W. Vatke. 323-330](#)